

Von M. Heribald Biesten d. 10 Februar 1806.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

45

DE

NONNVLLIS MOMENTIS

A D

CVRATIONEM EPILEPSIAE

SPECTANTIBVS

PRAESIDE

VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO, ET EXPERIENTISSIMO

DOMINO

D. PHILIPPO ADOLPH. BOEHMERO

MEDICINAE ANATOM. ET CHIRVRG. P. P. ORDINARIO,

ACADEMIAE CAESAR. NAT. CVRIO. ITEMQVE IMPERIAL.

PETROPOL. NEC NON REGIAR. BEROL. SCIENT. ET PARIS.

CHIRVRGOR. SODALL.

P R O

G R A D V D O C T O R I S

SVMMISQVE IN ARTE MEDICA HONORIBVS RITE CAPESENDIS

D. XIV. SEPT. CI^o ICCC LXVIII.

P V B L I C E D I S P V T A B I T

AVCTOR

IOANNES ERNESTVS STAHL

BEROLINAS.



HALAE AD SALAM AERE BEYERIANO.

DISSERTATIO MAGISTRALIS MEDICO

DE

NONNATIS MOMENTIS

AD

CARTIONUM HERESIAE

SPECIATIONIS

DE

VIGO ULTRASER EXCELENTESSIMO ET EXCELENTESSIMO
DOWINGO

DR. PHILIPPO ADOLPHI NONNATO

ACADEMIAE ETATUARIAE ETATUARIAE ETATUARIAE
TETRAGRAMMATONICAE ETATUARIAE ETATUARIAE

DE

GRADIA DOCTORIS

SCIENTIAE IN ARTIS MEDICIS NONNATAE ETATUARIAE

ETATUARIAE ETATUARIAE ETATUARIAE

DE

JOANNES ERNSTUS STAPE

ACADEMIAE

ETATUARIAE ETATUARIAE ETATUARIAE

VIRO
ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO,
AMPLISSIMO, DOCTISSIMOQUE
DOMINO
D. PHILIPPO ADOLPHO
BOEHMERO

MEDIC. ANATOM. ET CHIRVRG. P. P. ORDINARIO
ACADEMIAR. CAESAR. NATVR. CVRIO. ITEMQUE IMPERIAL.
PETROPOL. NEC NON REG. BEROL. SCIENT. ET PARIS
CHIRVRG. SODALI

PATRONO ATQVE PRAECEPTORI
SVMMO PIETATIS CVLTV GRATAQVE MENTE
AETERNVM DEVENERANDO


VT ET
VIRO
ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO, DOCTISSIMO,
GEORGIO ERNESTO
STAHLIO

MEDECINAE DOCTORI PRACTICO CELEBERRIMO
REGIQUE BORVSSIAE A CONSILIIS AVLICIS

PATRI OPTIMO
FILIALI AMORE ET OBSEQVIO AD VRNAS
COLENDO V A

OB
IN N MERA ET INSIGNIA,
NVNQVAM SATIS DEPRAEDICANDA,
SIBI COLLATA BENEFICIORVM GENERA,
HASCE QVALESCVNQUE
LABORVM ACADEMICORVM PRIMITIAS,
SANCTISSIMAE VENERATIONIS, DEBITAE OBSERVANTIAE,
GRATISSIMIQUE ANIMI TESTES,
CVM SINCERRIMIS,
PRO SALVTE, INCOLVMITATE ET OMNIGENA
PROSPERITATE,
TANTORVM VIRORVM
NVNCVPATIS VOTIS,
EA, QVA PAR EST, REVERENTIA
CONSECRAT,
SEQVE ET RES SVAS IN POSTERVM QVOQVE
DE MELIORI COMMENDAT

GEORGIO ERNESTO
STAHLIO
PATRI OPTIMO
AVATOR.



DISSERTATIO INAVGURALIS MEDICA
DE
NONVLLIS MOMENTIS
AD
CURATIONEM EPILEPSIAE
SPECTANTIBVS

PRAEFATIO.

Ne Iliada post HOMERUM canere
Lectoribus videar: non inconsul-
tum erit, prius exponere, qua com-
motus causa curationem epileptici
mali proponere, animum induxi. Edidit *Georg.*
Ernest. STAHL, Vir de re litteraria meritissimus,
quemque Avum nominare, gloriosum mihi esse
A confeo,

P R A E F A T I O.

conseo, dissertationem academicam de *Lumbricis terrestribus eorumque usu medico*, quam Halle 1698. publice ventilandam proposuit *Ioan. Christoph. FRITSCHIUS*. In illa pag. 13. 14. sequentia de Lumbricis terrestribus leguntur:
 „Efficacia Lumbricorum adversus ipsam epilepsiam nobis certe hactenus apud paucissimos Scriptores occurrit; & certe nemo quisquam jam succurrit, praeter *Paulum BARBETTE & Theodor. MAYERNE*, qui in Praxi sua, in loco de Epilepsia, sub catalogo remediorum, contra hunc affectum proficuum, Lumbricorum quoque horum mentionem faciunt, licet non magis, quam solo verbo. *Excell. doct. LAEUS* tamen ut secretum allegat. Qui vero in Praxi iis hoc nomine utantur, plures fortassis fuerint, quamvis nobis minus cogniti, neque nota effectus, quem inde experiuntur, faciliter. Unum certo novi *Exper. Dn. Ioan. August. HERMANNUM*, Medic. Licent. & Physicum Calae Altenburgicae, qui usum & expertam efficaciam horum animalculorum adversus epilepsiam, debite exhibitorum, benevolenter mecum communicavit, & successu constanter, quo est candore, serio asseveravit. Quod idem *D. D. PRAESES* calculo suo absolute confirmat, & ab experientia saepius instituta testimonium verum perhibet. „ Non dubito fuisse plures, qui, his impulsi testimoniis, lumbri-
cos

cos terrestres in malo epileptico tentaverint; mirari itaque quis posset, non occurere, intra tam longum temporis intervallum, nova medicorum testimonia, quae salutarem lumbricorum terrestrium in curando sacro morbo effectum, quem ipsis HERMANNUS & b. m. Avus meus tribuerunt, comprobant; nam quae de ipsis animalculis eorumque in epilepsia usu vulgo in Materia medica leguntur, cum propriae observationes non afferantur, vix in censum veniunt, nilque probant, utpote ex aliorum scriptis desumpta, vastoque in iis occurrente remediorum antepilepticorum catalogo. Neque sufficiunt ea, quae concessit PAULLINI in Schediasm. de *Lumbricis Terrestr.* (1703.) Cap. IV. pag. 74. seqq. Nonne itaque, his ita comparatis, suspicio nasci posset, inanes esse laudes, quibus lumbricos extollunt? Nonne eandem habebunt formam, quam habent plura alia antepileptica, quae a prudenti medico contempnuntur? Constituunt interea verum & praestans antepilepticum remedium, a Venerando meo Parente aliisque Practicis & iis quidem magni nominis toties saluberrimo cum eventu in auxilium vocatum. Quodsi alii Medici eundem effectum aut non observarunt, aut non observant: id ideo non erit lumbricorum terrestrium inertiae dandum, sed aliis, quae circumstant, rebus. Et quibusnam? Ignorarunt Medici, lumbricis, utentes veram eos in

A 2

epilepsia

epilepsia adhibendi methodum; hac enim neglecta incassum adhibentur. Ingenue eam in praesenti Specimine describam: fiet hinc, ut lumbrixi meritas adipiscantur laudes. Explicabuntur etiam sic verba, quae in b. m. Avi mei dissertatione de *Alterantibus & Specificis in genero* (Hal. 1703.) pag. 33. leguntur. „Medicamen-
„tum in usu est D. D. PRAESIDI adversus
„morbum epilepticum caducum, verum atque
„vehementem, cuius dosi una non solum imme-
„diate instans paroxysmus cohibetur; sed etiam
„repetitis dosibus aliquot, totum malum assisten-
„te divina gratia profligatur: imprimis autem
„signum bonae operationis atque justi effectus
„est sudor in fronte erumpens, cum remedium
„ex sua natura, & in primis in reliquo corpore
„nihil quicquam sudoris provocet aut inducat.“
Quum vero BOERHAAVIUS vel ipsam Specificorum antiepilepticorum possibilitatem negaverit: de iis in priori mei Speciminis Sectione dixi.

SECTIO PRIOR.

SUNTNE SPECIFICA ANTEPILEPTICA
POSSIBILIA?

§. I.

Remedium
Specificum
qua? Ne- **S**aepe mirantur rerum medicarum ignari, qua demum fiat ratio-
ne, ut tantum inter se dissentiant Medici, satisque exinde con-
stare iudicant, summa scientiam medicam incertitudine premi, ma-
leque

leque ideo de veritatum, quas in systemate proponunt, certitudine *ciffitas hu-*
Medicos gloriari. Non desunt, quibus macula ista deleri potest, *jus indaga-*
argumenta, a natura paeprimis veritatum, circa quas versatur Me-*tionis.*
decina, desumpta. Cum interea aeternis ejusmodi disceptationibus
optima scientia ignaris deridenda propinetur, (nemo enim plus ri-
der, quam idiota) saepe quoque de rebus disceptetur, quae sua na-
tura certitudinem admittunt, Medicorum tamen sacra culpa obscu-
ratam: nil certe magis optandum, quam ut dissensus in rebus me-
dicis magis magisque imminuantur, illis praecipue, quae Medicorum
culpa incidunt, occasio praescindatur. Plura hic agenda, plu-
ra intermittenda. Maximum vero momentum in eo positum esse
videtur, ut Medici, suo quovis genio minus indulgente, verbo-
rum significatus recte figere incipient, caute observatis simul, quas
fama ratio & Logica in ea re praecipiunt, regulis. Innumerae enim
disceptationes vel eam tantum ob causam moventur, quod dissen-
tientium unus veram alterius sententiam perspicere non satis allobo-
ret; dici autem vix potest, quantum vagi verborum significatus ob-
scurent, quae clarae alias fuissent, sententias. Quod specificorum in
primis existentiam attinet: dissensus inde obortus facile compesci &
consopiri posset, si disceptantium cuiilibet plane eundem verbo signi-
ficatum tribuere placeret, quo alter specifica *vel* urget, *vel* negat.
Ante vero, quam id factum fuerit, necesse in ista indagatione est,
ut omnes remedii specifici significatus proponantur, tuncque de-
mum' quaestio diuidicetur: numne specifica possibilia sint & existant?

§. II.

Specifici vox non raro ita accipitur, ut ea remedium indi- *Primus re-*
gitent, quod, si referatur ad certum quandam morbum, universale medii speci-
fit. Ut ea sic viderur BOERHAVE in Aphorismis de cogn. & cur. fici signifi-
morb. §. 452. quando specifica antiepileptica negat. Postquam enim *catus. Ta-*
diver-

A 3

lia non dan-

tur.

diversissimas epilepsiae causas variamque ipsis medendi methodum
recensuit: Ex his, inquit, vanitas appareat omnium specificorum,
& methodorum, quae inanis iactantia contra hoc malum laudat.
Neque absimili ratione haec verba explicat. ill. SWITEN (Tom.
III. pag. 452.) Patet, inquit, sponte ex antedictis, diversissima re-
media, diversissimam curandi methodum, hic requiri saepius pro
varietate causarum & locorum, in quibus illae cause haerent.
Unde simul appetit, vix posse sperari specificum universale reme-
dium, quod omnes & singulas has causas delere aptum esset. Sa-
tis quoque frequenter specificum remedium germanice dicitur, *ein
allgemeines Mittel*: ut ergo dubitare non possis, praedictum spe-
cifici significatum usu loquendi stabiliri ac confirmari. Quodsi ve-
ro ita eam vocem interpreteris: existentia remediorum specificorum
recte in dubium vocatur. Neque enim experientia, neque ratio
eam admittere finunt. Nullum unquam remedium hucusque inno-
tuit, quod morbi cuiusdam medelam *semper* perficit, ne illis qui-
dem exceptis, quae fidissima videri possent. Cortex Peruvianaus
laudatur tanquam certissimum contra febres intermittentes reme-
dium, repetitae rarer observationes docuerunt, occurrere subjecta,
quibus datus istas febres non supprimit. Mercurialia quoque re-
media, quorum tanta est in curandis venereis morbis efficacia, suis
non minus limitibus circumscriptam edunt utilitatem; neque mor-
bum venereum, ad maxime insignem gradum provectum, semper
tollunt. Quodsi etiam perpendas, dari inter morbos, quibus spe-
cifica destinantur, casus absolute incurabiles; homines solere, si cor-
porum constitutionem respicias, notabili saepe gradu a se invicem
differre, quo sit, ut unum idemque remedium non possit in omni-
bus unum eundemque exercere effectum; morbos demum haud in-
frequenter non posse perfecte curari, nisi causae eorum remotae;
antecedentes tollantur, quarum ingens saepe occurrit differentia;

pate-

patebit facile, nec rationem & intellectum eiusmodi specificorum exsistentiam probare.

§. III.

Non raro specificorum titulo ea remedia insigniuntur, quae *Specificæ* ea hunc illūmve in morbis effectūm præ caeteris præstant, ita, ut etiam dicuntur, quæ scopo, vel semper vel plurimis saltim in casib⁹ satisfaciant. Sic tur, quæ *Illustris LUDWIG* (*Therap. gener.* §. 1568.) in *stimulantibus*, in *ris hunc il-* quæ, *specificis ad aloën & rhabarbarum potissimum respicieundum* *lumve præ-* eff. Loquitur ibi de purgantibus, quae stimulo quodam intestinis fiant eff- applicato, suam exserunt actionem. Specifica ergo stimulantia ea solum. Haec hic dicuntur, quæ præ caeteris stimulo quodam in intestina agunt, dantur. indeque præ reliquis stimulantibus virtutem adipiscuntur purgantem. Eodem significatu retento mercurialia dicuntur *specificæ* salivationem promovere & morborum venereorum curationi inservire. Sic etiam China specificum contra febres intermitentes & Chamomilla specificum contra spasmos vocari possunt. Liquet simul dari eiusmodi specifica.

§. IV.

Restat adhuc tertius specificorum significatus, quo per *Spē-Tertius* *specificum* in morbo quodam *remedium* illud intelligi debet, quod cau- *Specifio-* *rum* illius proximam, in longe plurimis casib⁹, si medelam tamen signi- *catus.* *tum* admittant, insensili ratione aut destruit, aut multum imminuit. Conspirat haec definitio fere cum ea, qua usus est b. m. *Avus* in *Dissert. de Alter. & Specif. in genere* pag. 32. Intelliguntur, in- *quæ certae cuīdam spe-* *ciei morbi ita proprie, exquisite & unice communiter satisfaciunt,* *ut, si modo illi remedio ille morbus adhuc auscultat, eundem ita* *absolute ac in solidum tollant, ut quasi simul ac semel, aut certe*

fine

sine aliis adminiculis, continuato saltim usu, morbum vel penitus atque radicibus extirpent, vel ad minimum ita coercent, ut longe plurimum imminuto impetu, atque universa sua vi, maxime debilitatus atque enervatus appareat. Juvabit tamen praemissae notionis veritatem ejusque cum usu loquendi consensum paulo exactius exponere, cum dein dicenda huic innitantur definitioni. Quod jam ea fieri ratione.

§. V.

Comprobatur huius definitionis veritas. Generali *remedii* vocabulo a Medicis omne id insignitur; quod ad sanitatem tam conservandam, quam restituendam utile est; sive id corpus fuerit, sive res quaedam immaterialis. Jam vero specificorum ea est ratio, ut utilia judicentur in hoc illove morbo, adque ea tam corpora quam res immateriales referantur. Quare specifica sunt *remedia*, quae sanitati, quatenus in primis restituere debet, destinantur. Non omnia autem remedia, in hoc illove morbo curando utilia, statim dicuntur specifica. Quando enim raro & passim tantum salubrem in morbo quodam exserunt effectum, specificorum titulo indigna iudicantur. Quoniam vero universale quodam remedium impossibile haberi debet (§. II.): specifica saltim in plurimis casibus juvent, necesse est. Fieri tamen posset, ut Medicus, tentans verum specificum in morbi cuiusdam incurabili magnitudine, hinc concluderet, non esse verum specificum, cum nullam tunc mutationem inferat. Adieci ideo, remedium specificum iis tantum in casibus iuvare & lenimen afferre, qui curationem admittunt. Necesse porro ut remedium specificum in causam morbi proximam agat. Quodsi enim in causas remotas tantum ageret: non posset in plurimis casibus auxilium afferre. Praeterea specifica solent morbo idiopathico saepe mederi, symptomatico haud raro minus, ex quo manifesto elucet, causam morbi proximam magis quam remotas

remotas specifico remedio mutari. Demum *insensibili ratione* agere debet, i. e. vel nullam manifestam (praeter restitutionem sanitatis) corporis mutationem inducere, vel eiusmodi tantum inferre deber, cui curatio tribui non potest. Requiri id ad naturam specifici, docet nos SYDENHAMUS. Quando enim is (Epistol. responsor. II. p. m. 207.) de *specificis*, contra miasma venereum laudatis, disserit: neque, inquit, vel mercurius, vel ligna exsiccantia dicta, specificorum titulo sunt donanda, nisi exemplis in medium allatis probare quis possit, vel mercurium absque salicatione, vel lignorum decoctum nullo subsequente sudore suis venereae curationem quandoque absolvisse. Quare SYDENHAMUS manifesto negat, remedia, quae evacuationem *sensibilem* efficiendo curationem morbi perficiunt, esse *specifica*. Atque idem sine dubio voluit b. AVUS, quando *sensimus* inquit, *quod specifica non tam agant in materias, easque alterent, aut invertant, sed maxime in motus vitales, speciales nimurum, contra qualcumque subtilem effectum paucioris alicujus materiae directos & circa illam, quacunque spasmodica atque vibratoria motitatione, strictura &c. occupatos.* Vide ejus Diff. de Alter &c. pag. 38.

§. VI.

Dari specifica haec, mercurialium usus in morbis venereis Dantur docet, ut alia exempla silentio prenam. Quamvis enim mercurialis plerumque salivationem aut aliam excretionem efficere solent, haec specifica. Caute quando venereae labi medentur: tamen constitut per observata, mercurium sublimatum, methodo, quae dicitur, Sviertemana, in usum vocatum, curasse morbos venereo, absque ulla sensibili evacuacione. Spasmis, doloribus & aliis nonnullis morbis similibus remediis non raro medemur; ut ergo horum specificorum existentia extra omnem dubitationis aleam posita esse videatur. Obtinent interea

B

circa

circa eiusmodi specifica p^{re}conceptae quaedam opinione^s, quas annotare non incongruum erit. Cavendum scilicet, ne credamus 1) *remedium, quod tanquam specificum in morbo laudatur, nulli alii morbo mederi debere.* Nonne enim unum idemque remedium pluribus satisfacere potest indicationibus? Nonne causae morborum proximae quam maxime saepe ad se invicem accedunt? Nonne itaque remedium, quod in uno morbo est specificum, in aliorum quoque curatione laudem mereri potest? 2) *Specificum unice semper optimam morbi medelam absolvere.* Specifica enim non semper quam *optime* morbos curant, corticis Peruviani in febribus intermittentibus exemplo; nec *unice* ea dote laudari debent, cum alia remedia idem nonnunquam perficiant, ut amara, martialia, sal ammoniacus &c. docent, quorum virtus ad corticis Peruviani virtutem accedit; neque saepe quidquam praeflant, si *unice* adhibeantur, aliis neglectis, v. g. VSne, laxantibus &c. 3) *Specificum intra brevissimum semper tempus medelam efferre debere.* Quamvis enim eiusmodi specifica omnino dentur: tamen, si deficit in remedio quodam haec conditio, & reliqua modo specificorum qualitates adfint, illud pro specifico haberi debeat. Sufficit, si *continuato* usu opem afferat. 4) *Specificum, quovis demum modo, quovis tempore applicatum, morbo debere mederi.* Tempus enim & modus remedium adhibendi mirum quantum illius virtutes mutare possunt, quod pluribus Sect. II. evincam. Fieri ergo potest, ut *optimum specificum* efficiat nihil, si minus congruo & recto aut tempore, aut modo adhibeatur. 5) *Specificorum in corpus humanum actionem inexplicabilem esse debere.* Nescio sane, qua demum ratione factum, ut vana eiusmodi p^{re}concepta opinio scholas & scripta medicorum ingressa sit. Quam primum modus agendi remedii cuiusdam in morbo detegi queat & explicari, actutum specificum non esse hinc concludunt, non cogitantes hujus cognitionis defectum inse-
tiae

tiae equidem nostrae ac humanitatis signum, minime vero eiusmodi esse noram, e qua specifica sunt dimetienda. Dantur *specificas*, (concedam, plurima hic referri debere) quorum vera actio sine dubio hucusque latuit; dantur vero alia, quorum virtus explicari potest. Nonne ridiculum foret haec ideo negare, quod eorum actio tenebris non sit involuta? Nonne absolum esset, illa, nostro hoc tempore, pro specificis habere, tuncque eadem ipsa remedia e specificorum catalogo delere, quando eorum virtus & actio feli- ciori posteritati innotescit?

§. VII.

Non mirandum est, quando Medici de specificorum inopia *Difficultas* conquerentur: eorum enim inventio summis certe premitur difficultatibus. Triplex tantum est ad veritatem via; *Ratio, propria ob- servatio & experientia, fides.* Si quis *a priori*, quod aiunt, specificum in hoc illove morbo inuenire velit: duo saltim exacte cognita habere momenta debet, causam nimur proximam morbi & reme- dii aut plurimum actionem in corpus humanum (§. IV.). Quam difficile est utrumque! Plurima itaque, ni omnia, specifica casu deguntur. *Propria observatio* optima equidem ea in re foret; sed raro contingit, ut Medico tam frequenter morbus curandus occur- rat, ut dicere valeat, remedium quoddam in *plurimis casibus* opem afferre. Non dicam, plurimis Medicis facultatem recte observandi deesse. Quod *fides* demum attinet: ea remedia proprie non inveniuntur, neque quemquam fugit, quam raro aliorum observatis fidere queamus? Propria itaque hic *observatio* accedere debet, non infrequenter impossibilis, cum plurima specifica fere arcana habeantur, & multi Medici nolint aliorum remedia tentare, nisi eorum sciant mixtionem & naturam. Augentur istae in specificis invenien- dis difficultates eo, quod modus & tempus adhibendi remedia non adeo facile detegantur.

§. VIII.

*Epilepsiae
definitio.*

Accedamus nunc ad generalem *specificorum antiepileptico-
rum* considerationem. Natura vero morbi praemittenda est (S.ancet.). *Spasmus* generatim dicitur musculi aut fibrae muscularis contractio-
nimis valida, involuntaria, pendens ab irritabilitate. Is trifariam
dispescitur, in *Spasnum* nempe *proprie ita dictum, tetanum &
convulsionem.* *Spasmus* enim vel reciproco motu antagonistas agi-
tar, vel in una eademque parte musculari permanet. Ille vocatur
convulsio. Hic vel ita contingit, ut pars plane immobilis fiat; vel
motum partis admittit. Si prius: *tetanus* nuncupatur; si posterius:
Spasmus adesse dicitur. Sub epilepsia omnes partes muscularares
spasmo afficiuntur, atque id ita quidem, ut partim convulsio, partim
spasmus propriæ sic dictus, partim *tetanus* praefest sit. Est itaque
spasmus, a quo omnes partes muscularares ita afficiuntur, ut in pluri-
mis convulsio, in aliis *tetanus*, in nonnullis *spasmus* per eminentiam
sic vocatus adsit. Symptomata hujus morbi, vulgo quoque non
ignota, veritatem nostræ definitionis comprobant, docentque male
agi a Medicis, quando in definienda epilepsia solius convulsionis
rationem habent. *Spasmus* enim adeo *universalis*, & *convulsio
universalis* esse nequit.

§. IX.

*Causa epi-
lepsiae pro-
xima.*

Causam epilepsiae proximam in *validiori sensori communis*
irritatione esse ponendam, ex sequentibus patebit argumentis. Cau-
sa proxima spasm, utope intensæ irritabilitatis effectus, generatim
later in stimulo fortiori, musculo, spasmo affecto, applicato. Ponit
itaque epilepsia validicrem omnium muscularorum irritationem. Nunc
triplici tantum ratione fortior ista omnium partium musculosarum
irritatio contingere potest. *Vel* enim impetuosis irritatur sensi-
rium commune, unde nervi motorii omnes originem suam ducunt
vel

vel stimulus quidam fortior cuiuslibet nervorum, ad partes muscularares tendentium, admoveatur immediate; vel demum irritamentum validius muscularis corporis humani omnibus immediate infertur. Secunda & tercia irritationis ratio sub epilepsia non obtinent. Docent enim observationes, epilepsiam cum sensuum & rationis temporaria cessatione stupari, quod, affici sensorium commune, manifesto testatur; eam difficulter induci a solo acri sanguine, licet nervorum & muscularum hinc facilime posset irritatio oboriri; produci contra ea quam frequentissime, quando vel causa immaterialis, vel materialis in sensorium commune agit; enas ei demum eum morbum vel potius symptomata facile a labe partium, cum sensorio communi consentientium, ventriculi in primis. Quare causa epilepsiae proxima non poterit esse alia, quam validior sensorii communis irritatio, unde origo omnium symptomatum facile explicatur. Cum vero febres intermitentes, tetanus universalis, catalepsis non minus, quam epilepsia fortiorum sensoriorum communes irritationem, ut causam proximam, agnoscant: fatendum, praeter validiorem irritationem ad causam epilepsiae proximam aliud quid requiri, quod, sive nunc gradum irritationis, sive aliam qualemque conditionem respiciat, determinari hucusque non potest.

Operae pretium erit divisionem epilepsiae in idiopathicam, *Epilepsia symptomatica* & *sympathica* addere, cum specifica idiopathicae *idiopathica*, curationi magis, quam symptomaticae ac sympathicae medelae in *symptomatica* serviant. *Epilepsia idiopathica* duplex est. *Vel* enim significat eam, cuius causa antecedens non est morbus, compositus praecipue, quo respectu *symptomaticae epilepsiae* contradistinguitur, cuius causa antecedens est morbus, compositus maxime, corpori simul inexistens; *vel* ea ita nominatur, cuius etiam causa remota in cerebro latet,

quo significatu *Sympathicae* opponitur, utpote cuius causa magis remota in alio corporis loco, quam cerebro, haeret. Epilepsia, cuius causa est terror, aut aliud simile pathema, dicitur ideo idiopathica, cum animi pathema non sit morbus; epilepsia contra ea, quae febri, variolis, dentitioni difficulti accedit, erit symptomatica, prout ea, cuius causa sunt vermes & primarum viarum cruditates, sympathica nominatur.

§. XI.

*Classe斯 spe-
cificorum
antepilepti-
corum.*

Sufficient haec de Epilepsiae theoria. Nam si, quae de reliquis huius morbi causis, deque eius symptomatis & sequelis dici adhuc possent, recensere vellent; Lectori, credo, molestus esset, cum in quolibet Pathologiae compendio haberi queant. Liceat vero mihi, ante quam ad possibilitem specificorum antepilepticorum demonstrandam accedam, classes horum remediorum generatim proponere, tuncque ex conditionum, quae ipsis competit, possibilitate ad possibilitem antepilepticorum specificorum colligere. Quodsi causa epilepsiae proxima consideretur, cumque ea observationes, a morbis epilepsiae similibus desumptae, conferantur: non nisi sequentes specificorum antepilepticorum classes constitui possunt. Ad *primam* classem pertinebunt ea, quae sensorium commune ita firmant & robustant, ut caveatur inde, ne in abnormes motus abripiatur. *Secunda* classis complecti debet ea remedia, qua motus sensorii communis aliunde dirigunt. Nervi fere similibus, ac anima, mutationibus obtemperant, prout id observationes evincunt. Prout nunc animi pathema obscuratur ac deletur, si aliud, maiori in gradu mentem afficiens, exciterit: ita etiam motus sensorii communis, epilepsiam determinantes, consopiri possunt, si *alii* in eo motus producantur. Satis nota est curatio epilepsiae a BOERHAAVIO, terrifica idea producta, peracta. *Tertia* demum classis comprehendet remedia,

quae

quae torporem, i. e. talem mutationem sensorio communis inferunt, qua sit, ut irritamenta minus valide illud commoveant. Commotio enim sensorii communis vera est epilepsiae causa. Quare si sensorium commune in eiusmodi perducatur statum, ut ab irritamento, quod remota est epilepsiae causa, vel plane non, vel minus valde affici queat: epilepsia oriri nequit. Non possunt, si ab his classibus recesseris, plura cogitari remedia, quae ita in causam proximam epilepsiae agerent, ut deliniatur. Quare nec plura specifica antiepileptica dari possunt, quam quae ad enarratas remediorum classes pertinent.

§. XII.

Si remedia specifica antiepileptica plane impossibilia essent: *Non immo vel mutatam illius causam proximam non necessario sequi deberet possibilia vi curatio ipsius epilepsiae: vel mutatio ipsa causae proximae deberet dentur spe esse impossibilis.* *Prius* esse nequit. Prout enim umbra solem, *specifica antiepileptica.* ita morbus ac symptomata causam suam sequuntur proximam; ex mutata itaque hac, recte semper ad mutatum aut morbum aut symptoma concludere possumus. Neque *posterior* obtinet. Quodsi enim conditiones remediorum (§. anteced.) descriptas conferas cum observatis: deprehendes, usu remediorum quorundam posse istas conditiones adimplere. Cortex Peruvianus, sal ammoniacus, amara, camphora, folia aurantiorum, oleum animale DIPPETII & similia videntur nervis & sensorio communis robur addere; emetica, ani mi pathemata, hyoscyamus motum sensorii communis aliunde dirigere possunt; anodyna demum varia torporei isti parti valent inducere. Cum itaque vere remedia dentur, quae conditionibus istis (§. anteced.) respondent: nonne spes foveri potest, fore, ut demum specificum antiepilepticum detergatur? Nonne operae pretium esset, si Medici, omni adhibita opera & cautione, de eo solliciti esse ve-

lint,

lant, ut nonnullorum remediorum ex praedictorum & iis similius numero usum, in tollenda epilepsia, magis magisque tentent, atque observando conveniens maxime, quo usurpari debent, tempus dicant? Sed sufficit hic demonstrasse, specifica antepileptica non plane impossibilia esse, licet fatendum forsitan sit, verum eiusmodi specificum in occulto latere, esseque nondum inventum.

Ad dubium respondetur. BOERHAAVIVS, quod supra iam mouui, vel de ipsa specificorum antepilepticorum possibilitate dubitat, cum tot diversae causae, epilepsiam generantes, existant, quarum quaelibet singularem sibi medendi methodum vindicet, neque ideo omnes uno eodemque remedio tolli queant (§. II.). Iungit huic argumento aliud *Perilustris. Aphorism.* BOERH. *Commentator* (Tom. III. pag. 453.) ab iis passim causis desumptum, quae vere sunt immundicabiles, quorum v. g. cartilaginea sinuum venosorum durities pertinet. Quibus dubiis si *universalium* remediorum antepilepticorum possibilitas impugnetur, firmissima omnino sunt (§. II.). Quodsi vero quis his ipsis ita uti veller, ut inde ad impossibilitatem specificorum antepilepticorum, eo significatu, quo (§. IV.) specificum definitur, sumtrum, colligeret: is sine egregie erraret. Cum enim plures alii morbi, manente licei causa remota, tolli queant, v. g. dolores, febres intermitentes; atque ad remedium specificum minime requiratur, ut in iis quoque casibus curationem perficiant, qui medelam renunt (§. IV.): nec BOERHAVII, nec SWIETENII assertis tantum abuti debemus, ut ideo ea etiam specifica, quae nobis ita audiunt, feliciamus.

Specificam epilepsiam Quando idiopathica epilepsia in corpore obtinet: duo tantum generatim corpori insunt, quae tolli debent; motus nempe sensuorii

sorii communis abnormis & symptomata inde pendentia. Quodsi *idiopathi-*
ergo motus iste sensorii communis eius fuerit naturae, ut non *cam potius*
omnem respuat medelam: spes semper erit, fore, ut epilepsia idio- *quam sym-*
pathica usu specifici (si excoigitatum fuerit) curetur (§. XI.). Quan- *ptomaticam*
do autem symptomatica epilepsia praesto est: praeter adducta mo-
menta morbus obtinet in corpore, qui causa exsistit epilepsiae. Iam
vero specifica, quatenus vere hocce titulo sunt donanda, in causam
tantum morbi proximam agunt. Facile ergo fieri poterit, ut, si
symptomatico morbo destinentur, incassum adhibeantur, cum, in se
spectata, non necessario tollant illum morbum, qui causa est morbi
symptomatici. Verum equidem est, quod specifica, dum causam
proximam mutant, ea saepe ratione current morbum, ut causa remo-
ta relinquatur; quare videri posset, ac si specifica in symptomatico
quoque morbo curationem perficere debeant, licet morbum, a quo
symptomaticus pender, non mutant. Atque etiam quodammodo ad-
mitti deber eiussmodi ratiocinium, docerque in symptomatico etiam
morbo specifica conducere possè; cavendum demum, ne credamus,
*specificum ideo *semper debere* symptomaticum morbum curare.*
Quamvis enim specificum, sua vi, minuat causam morbi proximam
idique de morbo tam idiopathicu quam symptomatico valeat: tamen
facile sit, ut relictus in symptomatico morbus idiopathicus, tantum
iterum causam proximam symptomatici morbi exciter, quantum ne-
cesse est, ut redeat. Quare nec mirandum, si optimum specificum
in symptomaticis morbis nil efficiat, nec ex frustraneo eiusmodi re-
medii in symptomatico morbo usu colligi recte potest, illud non
esse specificum. Nonne ergo in eo casu, ubi epilepsia symptomatica
curanda occurrit, conduceret, specificum (si inventum fuerit)
remiscere cum iis, quae causae epilepsiae symptomaticae contra-
ria sunt?

§. XV.

Schol. Non expectabunt a me Lectores, ut specifica antiepileptica, quae anceps exultit fama, quaeque a Medicis & aniculis dilaudata sunt, hic perstringam, eorumque vanitatem ostendam. Odiosa silentio premere fas est, quando praeprimis ab aliis pertractata sunt. Liceat mihi ea mea facere, quae *Perillistris v. SWIETEN* edidit: Plurima hic jactantur specifica; & quidem tantus illorum numerus est, ut singula ex numerosis Autoribus colligere laboriosum foret, tædiisque plenum opus, nec magnae utilitatis, cum effectus in hoc morbo sanando minime respondeant tantis promissis. Quid aurantiorum folia & sal ammoniacus valeant? temporis erit relinquendum. Vtrumque remedium, quamvis forsitan specifica careat virtute, summam mereri videtur laudem. *Illustr. BONNERVS*, Vir, quem tot nominibus deditissimo animo aeternum veneror, in epilepsia, saluberrimo cum effectu, inter alia sequenti saepe usus est remedio: Salis ammoniaci uncia una semis solvatur cum succo citri recentis ad punctum usque saturationis, dein leni per aliquot dies digeratur igne. Fit inde tintura resolvens temperatissima. Qui considerat, salem ammoniacum solidam firmare; viscidum primarum viarum, epilepsiae frequentissimam causam, potenter solvere, vermbusque esse inimicum; egregios praedicti remediis, & generatim salis ammoniaci, effectus, quos in curanda epilepsia edidit, non mirabitur.

SECTIO II.

SECTIO II.

DE

LUMBRICORUM TERRESTRIUM EFFICACIA IN EPILEPSIA.

§. XVI.

Remedium, quod tot laudibus extulit b. m. Avus (conf. Praef.), *Remedium* constat ex Lumbricorum terrestrium & concharum praeparata-*antiepilepti-* rum anatica portione, cuius dosis pro infante unius anni constitut*cum eiusque* *us.* unt grana duo; pro puerō ad sextum usque annum grana quatuor; pro eodem ad duodecimum usque annum grana sex; pro adultiorib*bus* grana octo, decem & ultra. Bonus antiepileptici huius remedi*ii* effectus ab eo pender, ut debito tempore assumatur, & omnia ita obseruentur, uti praescripta fuerunt. Ante omnia inquirendum, num signa praesentiat aeger, quae imminentem indicant paroxysmum. Talla sunt congettiones ad caput indeque producta gravitas capit*is*, agrypnia, nimius somnus, insomnia, aurum tinnitus, oblivio insolita, splendores & circuli ignei, oculis obversantes, cordis palpitatio, anxietas, pandiculatio, oscitatio, vagus appetitus, & fames nonnumquam canina, variae in certis corporis locis spasticae affectio*nes*, ac praesertim aureae frigidiusculae quasi ad superiora per spina*m* dorsi vel aliud membrum ascendentis sensus. Haec si omnia vel saltim nonnulla de paroxysmo appropinquante certos nos reddiderunt, quam citissime aegro dosis commendati pulveris propinari debet, quem quolibetcumque, quod praest*o* est, sumere licet vehiculo. Deglutito pulvere mox supinus decumbat, & absque somno quietus per unius horae spatum in eodem situ remaneat. Quae si

C 2

cuncta

cuncta debite observantur: paroxysmatis aegrum hac vice certo non invadet, sed eius loco erumpet sudor in fronte & circa tempora linteis ab adstantibus abstergendus. Spuma quoque in nonnullis ante os accedit, eadem ratione abluenda. Elapso hoc spatio surgere licet aegro, sed strictissimam servet diaetam. Pinguia quaelibet, flatulenta, salita, fumo indurata, & omnia concoctu difficultiora studiosè viter, nec nisi iis vescatur, quae facilius subiguntur. Sic quoque ab animi caveat pathematisbus. His rite peractis, per tres vel quatuor insequentes dies eadem hora, qua primo die, aliam huius pulveris dosin deglutiat aeger, post cuius assumptionem, eadem ratione se gerat, ceu praescriptum fuit. Supinus nempe per integrum horae spatium decumbens sudorem, circa frontem eruptum, ab adstantibus sibi abstergendum curet. Si vero nulla plane paroxysmi aggressum praeuniant signa, sed subito saepius malo infestatur aeger: pulvis versus illud tempus propinandus erit, quo alias regredi solitus fuit paroxysmus, tentando saepe, an debitum possit reperiri tempus. Omnia de reliquo ita, ut antea dixi, administrentur. Ceterum in epilepsia idiopathica magis, quam in symptomatica iuvat (§. XIV.), quod b. m. Avus docuit, dum *allegatum*, inquit, *remedium antiepilepticum*, *epilepsiam veram, caducam, valde convulsivam, efficaciter domans, in convolutionibus symptomaticis aut epilepsia directe consensuali*, (exemplar habemus in *epilepsia verminosa*) vel plane nihil, vel nihil solidi efficit; immo in idiopathica etiam epilepsia, nisi cum plane peculiaribus circumstantiis, nullum operae pretium facit. Confer. §. XV. *Dissert. de Alterant. & Specific.* pag 36. Quam vera haec sint, observavimus in variis epilepsiae symptomaticae casibus, quos vix parum aut nihil mutavit praedictum, excellens alias, remedium antiepilepticum.

§. XVII.

§. XVII.

Opus nunc esset, ut, institutis experimentis, circa effectus *Observationum* laudatos antepileptici nostri remedii, atque particularibus *qui-*
busdam observatis casibus, veritatem assertorum confirmem & cor-
roborem. Sed quum b. m. Avi autoritate eandem suffulcire mihi
liceat, quod & plura in eius scriptis loca & praesertim (§. I.) allega-
ta testantur, nec non idem remedium a Parete Optimo, pia mente
ad cineres colendo, aliisque Practicis iisque certe magni nominis,
nunquam sine exoptatissimo eventu, in usum vocatum fuerit: non ni-
*si aliquot proferre luber observationes, quarum primam *Illustri* meo*
PRAESIDI, Patrono, Fautori, atque Benefactori grata mente in
aeternum colendo debeo, reliqua vero mihi met ipsi se se obtulerunt.
*Ante aliquot nempe annos ad *Illustrem* Praesidem accedens puella*
temperamenti sanguineo phlegmatici, duodecim circa annos nata, vi-
lioris conditionis, hinc minus exquisitae diaetae affueta ciborumque
dyspeptorum voracissima, a prima iam iuventute dirissimis convulsio-
nibus & vera epilepsia se fuisse vexatam conquerebatur. Varia iam
a pluribus Medicis tentata remedia sprevit morbus, iisdem neque
tollendus, neque saltem imminuendus, quum decies singulis fere
*diebus rediret, donec Vir *Illustris*, praemissis generalioribus,*
ad antepileptici huius remedii confugit usum, quod illoco vehe-
mentiam mali minuere visum, dum minus frequens fieret recursus.
Nulla vero paroxysmi adventum praenuntiabant signa. Hinc certe
difficillimum fuit, determinatum, pro insultu morbi infringendo, in-
venire tempus. Variabantur momenta, quibus pulvis propinabatur.
Sed omnia spem frustrabant, malo quotidie & quidem maiori gra-
du rerudescente. Circa annum decimum quartum prima vi-
ce menses proruperunt, anomalae, nullo medicamine in ordi-

nem facile redigendae. Hinc varia tentavit Vir Illustris, vocata insuper in usum tintacula ista resolvente, supra (§. XV.) laudata. Praeterea, instituta tempore fluxus menstrui curatione periodica, antepileptici nostri remedii usum eo tempore continuavit, quo deerant menses. Sic, per annum dimidium quotidie exhibitis aliquot laudati pulveris dosibus, id effecit, ut sensim in pristinum statum miseræ puellæ redierit sanitas, quod forsitan exinde accidit, cum demum aliquando debito isto tempore, quod observetur necesse esse monui (§. XVI.), si actio remediī perfici debeat, propinatum fuerit. Notatu quidem dignissimum est hoc in casu, quod pedes, dirissima convulsionum specie motibusque fere continuis epilepticis mire distorti & per plures iam menses quasi subluxati, statim post malum primarium sublatum in naturalem statum fuerint redacti, mensum fluxus sponte dein in ordinem redierit, nec postea unquam neque epilepsia neque alio quo-cunque morbo graviori laboraverit aegra; donec dissoluta sua videnti ratione sibimet ipsi mala lethalia contraxit. Quod iam eas attinet observationes, quas mihi colligere licuit: binas tantummodo, quae praesertim attentione dignae visae mihi sunt, proferre lubet,

§. XVIII.

Casus, secundus.

Primus obtigit in viro robusto, sanguineo-cholerico, vita rusticæ addicto, viginti quatuor annorum, per duos iam annos idiopathica epilepsia vexato, quam animi quodam graviori pathemate sibi contraxerat, quem ab aliis verberibus exceptus iram coërceret nec effundere potuerit. Per omne id tempus vel quotidie vel bis saepe quovis die recurrens morbus valde vires aegri infringebat. Quem quum sanguine plenum esse viderem: venam secandam curavi,

ravij, dein lenioribus evacuantibus aliquaque, ne in mea oratione nimis diffusus sim, hic non repetendis generalioribus remediis praemissis, imminente paroxysmo, quem adventum testabantur signa congestionum ad caput solita, laetitudo artuum, & frigidae quasi aureae sensus per spinam dorsi superiora versus excurrens, illico dosia pulveris antipileptici cum haustu frigidae sumendam curayi, quae statim recursum paroxysmi praepedivit, cuius loco non nisi sudor circa frontem ac tempora & spuma ante os erumpens accedebant. Horae spatio elapsi, surgens aeger & esuriens, pro more rusticorum pane multo recenti assumto, anxietatem sensit insolitam, colicos dolores, vomititionesque, quas ipse vomitus insquebat, qui, per tres dies continuatus, nullis malo alias levando aptis cedebat remediis. Evacuata demum materia, lenia interposita moderantia ac anodyna, iunctis tonicis, symptoma compescuere. Tres dein præterlapsæ sunt septimanae, per quod tempus nullis epilepticis motibus convulsus aeger non nisi de torpore & artuum laetitudine conquerebatur. Circa illud vero tempus, nova data causa occasionali, terrore nempe subito graviori, regressus paroxysmus bis eodem die miserum affixit. Post trium abhinc dierum spatium, recurrentibus iterum iis signis, quae ipsum herculeum morbum præcessisse monui, rursus debita methodo pulvere nostro utus, eundem, quem antea, observavi effectum, neque ab isto temporis momento per tres circiter menses ulla dirae huius convolutionis apparuere verfigia.

§. XIX.

Sic quoque foemina quaedam, quadraginta circa annos nata, *Causa terphlegmatico-sanguinei temperamenti, quae terrore subitaneo vehe-tius.*

mentius

mentius affecta in morbum comitialem incidit, eodemque per tres annos saepissime vexata varia frustra tentaverat remedia, antiepilepticum sibi expetit pulverem. Cum ipsa colloquutus singulas rite scrutabar causas, & forsan praematuram mensium cessationem ad gignendam epilepsiam plurimum contulisse censens, debita huic opponere studui remedia, plethoram minuendo, periodoque menstrua praeferente lenia evacuantia, emmenagogia, & alia huic scopo satisfacientia propinando. Hisce interposui tempore debito, quo solita praecurrentia signa paroxysmi recursum instare testabantur, praesertim frigidiusculae istius aurae sensus per spinam dorsi ascendens, quem & in hocce subiecto & in omnibus iis, qui epilepsiae recursum praesentiant, nunquam non observavi, laudatum pulverem antiepilepticum, eundemque statim post datum remedium vidi effetum. Nullus enim solita sua vehementia rediit paroxysmus, sed sudore ad frontem & spuma os occupante hac vice absolvebatur. Residua tamen singularis quaedam anxietas, torpor, faciei pallor colorque luridus, cardialgici & colici dolores, rodens saepe in intestinis dolor, narium pruritus, obstructio frequens alvina, vomitiritio & salivae ieiuno ventriculo nimius obortus ad os affluxus, erant mihi testes materialis cuiusdam primas vias occupantis causae. Concludens ad vermiū, in tubulo alimentario hospitantium, praesentiam, evacuantia resinosa, anthelminticis iuncta, misellae post novum superatum paroxysmum exhibenda curavi. Septem illico expulsi cum viscida faburra lumbrici in diagnosi me non errasse sat convincebant. Qua de causa, continuato anthelminticorum usu, intra quatuordecim dierum spatium triginta quatuor lumbricis viscidaque sensim ac pituitosa faburra ex primis viis eliminatis, paroxysmi, qui ante quater nonnunquam eodem die magna vehementia redierant, iam non

non nisi bis intra octiduum aegram prostraverant. Confugi hinc iterum ad antiepilepticum nostrum remedium, quum expulsam & eradicaram esse iudicarem materiam, nec nisi soli consuetudini erroneous hosce naturae motus tribuerem. Sic, sub quovis novo afflitti reddituro exhibita portione anatica lumbricorum terrestrium & pulveris corticis cascarillae, quem toni, per diros naturae motus nimis debilitati, restituendi gratia addidi, intra aliquot septimanarum decursum eo reducere licuit sanitatis statum, ut, iam nunc quinque abhinc elapsis hebdromadibus, optime se habeat aegra, nec unquam regressum malum quam certissime sperari queat.

§. XX.

Nemo facile in eam incidet opinionem, ac si pulvis, quem *Licetne lumbricorum antiepilepticum* salutavi, suam in epilepsia virtutem nanciceretur a *brisco terrestris* conchis praeparatis, aut simili absorbente. Quamvis enim nonnulli speciem acidum, quod primarum viarum canalem replet, epilepsiae *sicutum antepilepticum* causa exsistere possit, hincque absorbentia conducant: tamen descriputus pulvis exopratum in aliis quoque casibus, ubi acidi nulla plane aderat suspicio, edidit effectum, atque lumbrici, cum aliis quoque remedii remixti, eandem opem praefliterunt. Reete hinc concludi potest, virtutem pulveris antiepilepticam a solis lumbricis pendere terrestribus. Licetne ergo iis specificam tribuere vim antiepilepticam? Non ii sumus, qui laureolam in mustaceo quaerunt. Si nobis tantum, quam nostrae nos docuerunt observationes, virtus pulveris antiepileptici concedatur; si repetitae & ab aliis factae observationes eandem magis magisque confirmant: summam votorum nostrorum adepti sumus. Quando vero notio specificorum, in superioribus stabilita (§. IV.), firmo stat tali: forsitan lumbrici terrestres, relativi ad epilepsiam, specifici nomine non indigni erunt. Etenim i) plurimi

rimis in casibus, saltim epilepsiae idiopathicae, qui curationem absolute admittunt, opem & auxilium attulerunt. 2) Insensibili ratione agunt. Quamvis enim, ab eorum usu, sudor ad frontem erumpat: is tamen non solvit epilepsiam, cum alia sudorifera idem perficere non obseruentur. 3) Agunt in causam epilepsiae proximam. Conferunt enim in idiopathica, minus vero in symptomatica & sympathica (§. XVI). Nonne ergo specificum antiepilepticum salutari merentur (§ IV)?

§. XXI.

*Videntur
sensorio
communi
torporem
inferre.*

Monui (§. XI) tres tantum specificorum antiepilepticorum classes possibiles constitui posse, quarum *una* remedia, quae genus nervosum roborant, *altera* ea, quae motus illius aliunde dirigunt, *tertia* demum ea sub se comprehendit, quae sensorio communis torporem inferunt. Iam lumbrici terrestres sensorium commune & nervos nec roborant, nec aliunde dirigunt. Videntur itaque ideo specificum antiepilepticum constitui, quia motus sensorii communis imminyunt. Comprobari haec illorum virtus potest, si consideretur, 1. lumbricos terrestres, prout omnes fatentur, insigni virtute antispastica gaudere. Omnia vera antispastica tensionem partium muscularium, a spasmo profectam, imminuunt. Iam vero nervi similem, ac fibrae musculares, actionem, obque similem causam, exserunt (per Physiol.). Ergo, quae antispastica sunt, tensionem & enormem nervorum quoque atque sensorii communis actionem minuent. 2. Nitrum debilitare nervos. Atqui vero in lumbricis terrestribus insignis, ita fertur, nitrosi principii quantitas deprehenditur.

§. XXII.

§. XXXII. A *Causa sudore*
Singulare observatur phoenomenon, quod usum remedii anti-epileptici, quod descripsimus, excipit; sudor nempe ad frontem. *ris ad frontem.*
Videtur is pendere a virtute antispastica lumbricorum terrestrium, *tem.*
qua sit, ut vasä cutanea minus contrahantur, sive ob qualemcumque cutis relaxationem, moleculae materiae perspirabilis eo facilius exiuntur nanciscantur. Quare vero stat, ut ad frontem compareat?
Eius quidem rei rationem me fugere facile largior.

§. XXXIII. *De medicamentis principali*

Restat ut de causa differam, qua sit, ut lumbrici terrestres *De necessitate* tunc demum salutarē exercent effectum, quando proxime ante *in ria ad tempore* gruentē epilepsiae paroxysmum propinantur. Quantum genera-*pus*, quo ex-*tim*, ut nonnulla ea de re dicam, salubris medicaminum effectus a *hibetur re-*tempore, quo exhibentur, pendeat: ex his, credo, momentis intel-*medium, at-*tentione.
Scilicet 1. non absoluta est medicamentorum in corpus hu-
manum aëlio. Vires enim & conditiones eiusdem simul conspirant,
ut salubris evadat medicaminum usus. Iam vero conditions istae
saepius certo tantum tempore praestō sunt. Sic extra menstruam
periodum quotidiana docet experientia deficere sanguinis illam ad
uterum derivationem, quae ad naturalem sexus haemorrhagiam re-
quiritur. Incassum certe tunc remedia in usum vocabis, quae menses pellunt. Ingruente contra eadem menstrua periodo, sanguinis
congestio naturalis maior ad uterus obtinet, & tunc facilis medi-
camenta menses provocant. 2. Nocent nonnunquam remedia, non
convenienti tempore usurpata. Valer hoc optime corticis Peruviani
exemplo, qui, appropinquante vel imminentie iam paroxysmo fe-
bris intermittentium, infasto exhibetur omne. 3. Deletur quoque
nonnunquam salubris remediorum effectus, nisi ad eorum usum con-

D 2 *grauum*

CARISIMO



gruum eligatur tempus. Atque hoc quidem praesertim in casu
praesenti obtinere videtur. Quodsi enim lumbrici terrestres extra
illud, quod diximus, tempus exhibeantur: facile sit, ut, ante quam
novus oriatur paroxysmus, iam deleta sit eorum virtus; quem con-
tra ea, praescripto tempore dati, omni sua vi in causam illam pro-
ximam agant, qua determinatur epilepsia. Videtur quoque idem
quodammodo de oleo animali DIPPELII, quod de lumbricis di-
ximus, sentire b. m. WERLHOFIUS. Quando enim illud in suo
de febr. intermitt. tractatu pag. 44. contra epilepsiam commendat,
sequentia inter alia habet. *Exhibuimus ad guttas XXX vel XXXX*
nion una solum & altera doſt, quod raro, niſi forte verſus
tempus paroxyſmi fieri poſſit, efficax obſervacimus.

T A N T V M .

ERRATA POTIORA.

Pag. 2. lin. I. *conſeo lege cenſeo.*

Pag. lin. 19. *plurimis lege plurimis.*

Pag. II. lin. II. *conquerentur lege conqueruntur.*

Pag. 13. lin. 12. *conſentientium lege conſentientium.*

CARISSIMO

CARISSIMO STAHLIO SVO

S.
P R A E S E S.

*A*equum est, te inter plausus fidelissimorum TVORVM Praeceptorum & dilectissimorum comilitonum valedicentem, piis non minus votis, quam publico etiam testimonio, tanquam viatico medico, dimittere, DIGNIS-
SIME STAHLI! Ex quo enim tempore, positis primis annis artis Divinae in Patria fundamentis, in nostro Aesculapii fano summis artis Proceribus ingenio, industria, modestia, honestate morumque elegancia innotuisti, tam te semper praebeuisti, cui summi honores Asclepiadi digne conserri possunt; praesertim, cum in discendis quasi impetum offendaris, ita prorsus, ut freno magis, quam stimulo opus haberis, spemque, quam de te conceperis omnes, non impleveris solum, sed & superaveris. Tutius contredimus sanitatem, qui ad medendum nati, cum latere materno praefidia adversae valetudinis imbiberint. Felici hac haereditate diu floruit Medicorum schola, duce Aesculapio, in familia uita, Medicorum filii continua, per longam annorum seriem coput extulit, artisque Divinae dignitatem & paternum nomen sibi vindicavit. Sic non raro Medici Medicis creantur & longa experientia confirmata experimenta ad filios nepotesque propagantur. Assimilamus & laudanus hoc nomine TE, quovis amore & favore dignissimum, qui ex optima Medicorum familia natus, connata traditaque a Maioribus TVIS, virtutum & scientiarum semina ita excoluisti felicitr, ut dignus tantis Maioribus sis. Maxima ab Il-lustri PARENTE, de publica mortalium salute praelare merito, quem honoris causa nomino, habuisti incitamenta, & Avum, quem Orbis literatus non habuit maiorem, cuius immortale ad nostrum usqne aevum adhuc floret Nomen, qui decus fuit FRIDERICIANAE nostrae, totius orbis eruditii ornamentum, splendor Berolineum & tot aegrotorum salutium, cu-
isque vivam in scriptis suis eruditissimis memoriam nulla unquam delebit oblio-
vio. Tantis exempli animatus, decursu aliquot annorum, innitata virtute & felici haereditate, paterna & avita premens vestigia, thesaurem eruditioris, TIBI comparasti, ut in spem Patriae dilectissimae PARENTISQUE Optimi natus, Reipublicae medicae vivere nunc possit, scuti opto, felix atque for-
tunatus quam diutissime. Meum non est, te quem non tantum diligimus, sed impense etiam amamus, operoso laudare studio, ne plus amori dedisse vi-

E

dear,



dear, praesertim cum TE inter inquilinos meos habuerim, TECVMQUE &
affinitatis & amicitiae vinculo coniunctus sum; interea certissime confido, TE
omnibus talem semper probaturum, qualem omnes exoptant, cum & Musas
nostras non ocoſa excolleris iudicifria, sed ad strata aegrotorum simul ducias,
officiorum quoque TE semper felicemque exhibueris Medicum, & sic priuato-
rum sanitatem laudabili dexteritate procuraueris, immo peritiam
frequenti studio & exercitatione acquistam, assida & iudiciosa casuum ela-
boratione abunde demonstraveris, publice autem, subsellie opponentium occa-
pando, laudanda eruditionis specimina saepius edideris, denique vero vitroque
in examine Illustri Ordini Medico facisfaceris ita, ut bono augurio supremas
in arte salutari, praemii loco, TIBI decreverit dignitates. Ne vero quid
praetermissa videaris, Specimine solemnii, eruditæ a TE elaborato, novum
Reipublicæ Medicae exhibitti argumentum, grata mente TIBI significandi,
quantum adhuc veneremur cineres memoriæque colamus immortalis AVI, qui
nobis securum in morbo herculeo reliquit remedium, magna fave virtutis,
quamvis simplici adparatu compostum. Confirmasti hac ipsa disquisitione &
benevolæ speciei communicatione ea, quae ad perpetuam AVI Magni gloriam,
PARENTIS Optimi honores laudesque TVAS promerentes spectant. Me
quidem rogasti defensorem Dissertationis TVAE; sed habebis tantum comitem
testemque eruditionis TVAE, quo Lauream Appollineam, a gratiosa Facul-
tate Medica TIBI ex merito decretam, pleno omnium aplausu imponere pos-
sim. Itaque adscende cathedram parentemque TE iis ostende, qui in summa ca-
thedra nominis & eruditionis celebritate eminent. Doleo sane discessum TVVM,
cum nemini gravis, sed omnibus gratus, mihi vero semper acceptus fueris:
maiora tamen felicitatis genera auguror alisque pollicor, Patriæque dilectissi-
mae non tantum genuinum Hippocratis spondeo filium, verum Illustri etiam
PARENTI, imo & Generosæ ac Splendidae GENTI STAHLIANÆ TI-
BIQUE supremos, crastina luce, publice conferendo, gratulor honores vere-
que gratulor, quos ita ornabis & animabis, ut merita Avita & Paterna cum
laude tuearis augrasque. Votorum meorum summa est. Servet TE,
AMANTISSIME STAHLI, sumnum idque benignissimum Numerus salvum
semper sospitemque. Comitetur TE eius gratia in concubis, impo-
sterum suscipiendo, suamque TIBI largiatur benedictionem quam clementissi-
me. Sit fauillus erit rerum TVARVM gerendarum successus; sic dignum Ar-
tis Medicae solatium; sic favor summorum perennaturus. Vale, mihi-
que astens fave. Dab. e Mus. d. XIII. Septembr. clo 10 CLXVIII.

VIRO



VIRO PRAENOBISSIMO
CANDIDATO DIGNISSIMO
AMICO SVAVISSIMO
IOHANNI ERNESTO STAHLIO

S. D. P.

IVSTVS CHRISTOPHORVS BOEHMER,
IVR. CVLT.

*Maximo, quod inter nos intercedit, consuetudinis vinculo moveor, Ami-
ce suavissime, TIBI festum hunc diem, quo egregiae TVAE eruditio-
ni, caeterisque praeclaris animi dotibus maxima parantur laudes, gratu-
tandi. Has itaque litteras dissertationi TVAE adiungo, non ad prorsus
singularem TVAM artis medicae peritiam depingendam, sed ad animum
meum TIEI significandum, propterea quod illa & omnibus satis est per-
spectiva, & ego modestiae TVAE ut parcam, inter mea positum esse conseo.
Salutem omnem, omnem felicitatem TIBI apprecans delector boherna luce,
qua summi, CANDIDATE DIGNISSIME, in arte medica honores TIBI
conferuntur. Fruere per longum adhuc annorum seriem hisce praemiis exi-
miae TVAE eruditioris, fruere iisdem in solatium graviter laborantium, &
in utilitatem reipublicae. Maiorum TVORVM splendori, omnibus litera-
rum peritis satis cognito, nova addis incrementa. Quid amicis, quid IL-
LVSTRI TVO PARENTI exoptatus accidere potuisset? Jam TE expe-
ctat patria. Proficiere! Deum precesque nostras pro TVA salute ac inco-
lumitate ardentissimas comites habes. Sospitem TE servet summum Nu-
men, ut mibi senem venerari, quem juvenem dilexi, liceat. Vale.*

Dabam d. XIII. Septembr. MDCCCLXVIII.

E 2

DILECTIS-



DILECTISSIMO STAHLIO

S. D. P.

ADOLPHVS LVDOVICVS BOEHMER,

IVR. CVLT.

Diuturni desiderii, quo vehementer flagravit, publice, quanti te faciam, testificandi, teque de mea in te amicitia, prorsus convincendi, hic tam festivus tamque solemnis dies, quo Illustris Medicorum Ordo summos in arte medica honores tibi conferendos constituit, subito finem attulisse videtur. Tanta enim tamque solida in literis humanioribus, aequae ac in ipsa arte medica, polles doctrina, ut cathedram ascendere, splendidissimam que victoriana deportare vel nullo vel minimo negotio posse. Adeo enim egregias atque eximias a natura tibi innatas excollisti animi dores, ut vix ac ne vix quidem quempiam TVI similem reperire potuerim. Exsultat merito igitur ILLYSTRIS PATER TVVS, gloriari virtutemque avicam in te conservatam videns, exsultant aegri, sotatus auxiliumque anxie expectantes, exsultant omnes Hippocratis filii, magna atque praetula de te sperantes, exsulto & ego, quod mibi contigerit, quae vellein quaque Jentinem, bodierno die tibi exponere. Tota igitur tibi mente insigne hoc industriae TVAE praemium gratulor, gratulor PATRI TVO ILLVSTRI, filium virtute atque doctrina magnopere praeditum, & denique patriae Medicum experientissimum gratulor. TE Deus TVAMQUE Gentem splendidissimam sospitem atque incolunem esse jubeat, TIBIQUE quocunque modo in sanandis aegris succurrat. Quod reliquum est, TE rogo, ut, quae dixi, tanquam amicitiae documentum accipias, utque eodem amore eademque amicitia, qua me hucusque prosequutus es, in posterum quoque dignum iudices. Vale & res TVAS prospere age. Dabam d. XIII.

Septembr. Anni MDCCXLVIII.

DILECTUS



H 602

Diss. med. Halle,
Med. Diss.,
6. 1758-68.

ULB Halle
002 830 728

3



SB

Rheo



NONNVLLIS MOMENTIS

A D

CVRATIONEM EPILEPSIAE

SPECTANTIBVS

PRAESIDE

VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO, ET EXPERIENTISSIMO
DOMINO

D. PHILIPPO ADOLPH. BOEHMERO

MEDICINAE ANATOM. ET CHIRVRG. P. P. ORDINARIO,
ACADEMIAE CAESAR. NAT. CVRIO. ITEMQVE IMPERIAL.
PETROPOL. NEC NON REGIAR. BEROL. SCIENT. ET PARIS.
CHIRVRGOR. SODALI.

P R O

G R A D V D O C T O R I S

SVMMISQVE IN ARTE MEDICA HONORIBVS RITE CAPESSENDIS

D. XIV. SEPT. C¹⁰I¹⁰CC LXVIII.

P VBLICE DISPV TABIT

AVCTOR

IOANNES ERNESTVS STAHL

BEROLINAS.

HALAE AD SALAM AERE BEYERIANO.

